Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 53

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 114.

Cod. LIII.

Chartac. Fol. Soc. 13. (14.)

1. 7. 17.

Gebri Hispalensis de Astronomia.

Gebri Hispalensis tractatus novem de Astronomia, seu Expositio in Ptolemoi novem libros. Incipit: "Verba Gebri filii Affla Hispalensis. Scientia species habet, quarum melior post fidem est, cujus scita fixa sunt, remanentia, inalterata". Principium itaque operis nostri idem est, ut in codice Vaticano, teste Antonio Bibl. Hisp. T. 2. p. 251. sed non titulus, qui ibi sonat: Verba Gebri filii Assem Hispalensis qui corrigit in pluribus Ptolemaeum. Objicit Ptolemoi corrigendi studium apud Nicol. Copernicum Calumniae notam incurrit Geberus, sed vindicatus est a Cardano /: T. 3. oper. suor. pag. 607. :/ dum de eo testatur, quod multa in melius mutaverit, quae ad statum Coeli pertinebant. Vossius /ger./ oper. suor. T. 3. de Mathesi p. 120. n. g. Ultima verba codicis nostri sunt: "Completa est declaratio ejus" an totius operis etiam, me fugit. In margine multa figurae mathemat. subtili calamo ductae.

Geberum Soc. XII. floruisse, arabice scripsisse, et a Gerardo Cremonensi in latin. sermonem translatum fuisse, asserit Riccioli in Almagesto novo T. I. in Chronic. p. XXXIX. Opus hoc Geberi Norimbergae editum est a Petrejo ao 1533. cum instrumento primi mobilis Petri Apiani. Initio de Sphaericis agit triangulis, quantumcunque eorum exigitur ad calculum Astronomicum. Ex hoc volumine, Mersennus in Synopsi Mathem. p. 230. ait, multa sumserunt Georg. Purbachius, et Jo. Regiomontanus, dum prodromum operis Ptolemaici cum in epitome ordinatissime redigunt. Ita Heilbronner in Hist. Mathes. p. 427. §. 377. Proter laudator vid. etiam Antonii Bibl. Hisp. T. 2. p. 250.

De Gerardo Cremonensi egi supra Cod. X.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 53

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1746

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)